



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

I. N. J.
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

LIBERTATE NATURALI RE- STRICTA,

QUAM

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA
EX DECRETO ET AUCTORITATE

MAGNIFICI AC NOBILISSIMI JCTO-
RUM ORDINIS IN ILLUSTRIBUS JENENSIS
ACADEMIA

P R Æ S I D E
V I R O

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQUE EXCELLENTISSIMO

DN. GEORG-ADAM Struben/
JCTO & ANTECESSORE FAMIGERATISSIMO,
CONSILIARIO SAXONICO, CUR. PROVINC. & SCABINATUS AD-
SESSORE MERITISSIMO. DN. PRÆCEPTORE & PROMOTORE SUO OMNI OB-
SERVANTIÆ CULTU ÆTERNUM DEVENERANDO,

PRO LICENTIA

Summum IN UTROQUE JURE Nobilis Doctrinæ gradum,
ejusdemq; honores, Privilegia & insignia competenter
ac ritè consequendi

publica eruditorum censura submittit

CHRISTOPHORUS SIGISMUNDUS HEBERL/
RATISBON.

IN AUDITORIO JCTORUM

AD DIEM MAIJ

JENÆ, Literis NISIANIS, ANNO MDCCCLII.



V I R I S

*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis &
Prudentissimis*

DNN.

CAMERARIIS
TOTIQUE S. ROM. GERMANICI
Imperii Libere & Auguste Republicæ RA-
TISBONENSIS Ordini Senatorio, be-
nignissimo felicissimoque,
Patriæ Patribus

*Dominis Macenatibus & Patronis omnium
& obsequio eternum devenerandis*

Disquisitionem hanc inau-
guralem


Debitæ gratitudinis, ulterioris
patrocinii & benevolentie
promerendæ causâ

inscribit

devotè

ofte

CHRISTOPHORUS SIGISMUNDUS
Heberl.



ΣΥΝ ΕΙΣΨ.

DE LIBERTATE NATURALI RESTRICTA.

THESIS I.



Thomines in ea, quæ à Supremo Nu- *Libertate*
mine primùm conditi, beatitudine & inte- *naturalis,*
gritate substitissent, perfectissima fuisset *ante la-*
tùm quoad personas, tùm quoad res, liber- *psum.*
tas naturalis, nulla tunc servitus, nulla rerum divisio, nullaq; usus earum limitatio ac restrictio fuisset introducta.

Ita enim Molina *nr. 2. d. 10. w. 6. d. just. & jure.* scribit *Potuissent homines in statu innocentia communi consensu dividere inter se & appropriare absq; cujusquam injuria res omnibus à DEO concessas, non secus ac in statu natura lapsa justissimis de causis effectum est. Quia tamen id non erat necessarium, contrariumq; erat decent, verisimile est in eo statu dividendas non fuisse: tamen si homines illi id pro arbitrato potuissent efficere. Et Dicastil. lib. 2. sr. 1. disp. 1. dub. 10. n. 129. de Just. & jure dicit: homines divisionem non fuissent instituturi, si lapsi non essent: nec natura hominis per se ad illam inclinat, sed ex hominum malitiis ea est introducta.*

II. Postquam vero ab illa perfectione parentes primi *Post ho-*
horribili diroque lapsu defecerunt, ipsa quidem natura, *psum.*
vel etiam jus naturæ personas non fecit servos, neque res à DEO creatas divisit, nec usum restrinxit, sed relicta est hominibus libertas sive conditio & facultas circa res ac earum

sum libera l. 4. d. just. & jur. l. 4. ff. de stat. hom. §. 2. inf. d. Jur. N. G. C. vid. Molinam d. just. & jur. tr. 1. disp. 9. n. 8. Dicastil. d. l. n. 133. 132. Atque ad hanc libertatem naturalem etiam pertinet, quod naturam nullam aliam leges, nisi quas ipsa natura cuique ingenerat. Si enim dicit Benedictus Wincler. d. princip. jur. l. 3. c. 5. n. 19. ex prescripto juris naturam viveremus, nullus opus esset constitutionibus, esse enim iusti & perfecti.

*Quale de
 & merito
 & merito
 nu.*

III. Dicitur nimirum in genere, jus naturæ, à DEO cuius homini inditum, vel principia, quæ absque longè repetito discursu homo intelligit, & quæ scit *καθ' ἑσθ' αὐτῶν* omni tempore agenda vel omittenda: quæ in se & suam naturam sunt honesta, & quæ in se & suam naturam sunt turpia. Vel conclusiones, quæ per evidentem illationem ex principiis naturalibus inferuntur. Unde verissimè Hug; Grot. d. J. B. & P. lib. 1. c. 1. n. 10. adserit: *Quod jus natura non de iis tantum agit principia, quæ citra voluntatem humanam existunt, sed de multis quæ voluntatis humane actum subsequuntur.* Et Setd. d. jur. nat. gent. & civ. sec. disc. Ebr. lib. 1. c. 7. inquit: *Non tantum innasci hominibus notitias, neminem esse ledendum, honestè esse vivendum, sed ex principiis fieri theoremata, vel conclusiones, mente non depravata ex vi sibi ingenta ita ratiocinante, ipsis principiis non incertiores.* Fieri enim nequit, quin conclusio, quæ dicitur ex principio naturæ, per se & ab intrinseco habens honestatem, etiam ad jus naturæ referatur. Neque enim ad positivam legem referri potest, cum hæc non ab intrinseca natura materiz, sed ab aliquo extrinseco necessitatem sortiatur. Unde verè dicit Arist. 5. Eth. 10. quod lex positiva & ad eam pertinentes conclusiones nihil referant antequam ponantur. *Confer. Grot. pralaud. tr. lib. 1. v. 10. c. 1. Nobiliss. Ampl.*

*Ampl. Dn. Praefcs, Praeceptor. Et Patronus aeternum omni cultu
 de venerandus Exercit. 1. ad Pandect. §. 30. Lect. publ. ad Inst.
 princip. titul. de Jur. N. G. Et C. Lect. publ. ad Pand. ad leg. 1.
 §. 4. d. just. Et jur. Vernand. Vasq. contr. illustr. lib. 1. c. 29.
 Hugo de Roy de eo quod justum est. lib. 1. tit. 3. Alphonsus de
 Castr. Molin. tr. d. just. Et jur. Svarez tr. d. ll. Nob. D. Habu.
 Nos. ad Wesenb. disp. 1. sb. 1. vers. Tribuamus.*

IV. Hoc autem jus naturae quoniam multa neque im- *Ob jurid*
 petat neque prohibet, sed libero hominum arbitrio com- *natura ge-*
 mittit, & plurima indeterminata relinquit, quae in vita ci- *neralitatē*
 vili opus habent determinatione: ideo ratio à Numine im- *alia sunt*
 dita vi naturalis discursusea, quae humano arbitrio com- *introdu-*
 missa, determinavit, & cuilibet homini non depravatae *Et a jur.*
 mentis, sed ratione suâ rectè utendi observanda dictavit.
 Atque ex hujusmodi dictamine rectae rationis tum libertas
 naturalis personarum, tum facultas, quâ Deus in omnes res à
 mundo condito concessit, variis modis fuit restricta.

V. Agemus primò de libertate personarum restricta *Libertas*
*arg. l. 2. ff. d. stat. homin. & producit quidem natura quem-
 vis liberum pr. §. d. libert. l. 4. ff. d. stat. hom. Licet verò Arist.* *personarū*
1. Pol. 5. statuat, natura servitutem esse introductam, & na- *restricta.*
natura servum esse, qui præ impotentia mentis familiam re-
gere & cum consilio sustentare non potest: Tamen illa ad
serviendum aptitudo non statim adimit libertatem, servi-
lemque conditionem inducit, sed illi demum est adempta
libertas, qui lege servus est, uti idem tradit Aristot. 1. pol.
6. Atque hujusmodi servitus bello est introducta l. 5. ff. d.
Just. jur. Arist. d. l. add. Gros. d. jur. Bell. Et R. l. 2. c. 22. et
12. Cum enim omnes unius imperio gubernari non poterant,
in diversas respubl. abeuntes, alii ob conjunctionem
linguinis, alii ob vitae consuetudinē in unam equaliterque

vitatem, & adaptata aliqua regiminis forma, à propria regebantur Majestate, cujus actus cum alterius jurisdictioni non subint, nec alterius voluntatis humanæ arbitrio irriteri possint reddi, maximæque controversiæ & lites inter ipsas Respublicas fuerint exortæ, quæ lege nulla, nec ullo judicio poterant componi, utpote cum illa propriæ jurisdictionis tantum subjectos obliget, & hoc in subditos tantum, non in pares, exerceatur, bella vicem judiciorum subire.

*Cognatio
judiciorum
& Belli.*

VI. Ut enim omne judicium his quatuor absolvitur (1.) personis judicium constituentibus, ut judex habeat potestatem, & penes eum sit competentia *fori. l. 2. §. 4. §. l. 25. d. jud. l. 17. §. 13. ff. ad municip. c. 18. d. for. comp.* Actor & reus legitimam habeant personam standi in judicio. *l. 1. d. jud.* (2.) Causa, ubi dispiciendum, utrum sit civilis an criminalis, utrum secularis an Ecclesiastica *autb. statuumus C. d. Episc. & Cler.* (3.) Forma, quæ in processu vel ordinario vel extraordinario subsistit, *c. 1. d. sent. & re judic.* (4.) Finis, qui est terminus litis, ubi reus vel condemnatur vel absolvitur. Ita in bello observandæ veniunt (1.) personæ generales, & penes has summa Majestas esse debet, quia in eorum qui arma tractant est arbitrio maneat Respublica nec ne, *Arist. 2. Pol. 9.* Propterea ob maxima inde emergentia pericula, bella non nisi auctoritate eorum qui summam habent potestatem geri possunt. (2.) Causa, quæ itidem legitima esse debet, absque hac bella tristes sæpè sortita sunt exitus, unde rectè *Livius lib. 14.* dicit, *certos quidem esse Romanos, quod ideo felicia gerant bella, quia justæ sunt, nec tam exitu eorum quod vincant, quam principis quod non sine causa suscipiant gloriantur.* Quæ autem & quor sint causæ, exponit *Hugo Grot. tr. de Jar. B. & P. l. 2. & seq.*

(3.)

(3.) Forma, ut secundum mores gentium receptos geratur, justitiæ ratio habeatur, militum petulantia refrenetur, ne quavis delicta impunita relinquantur. (4.) Finis, qui est pax, sicut enim judicia recepta sunt ut quisque se suaque conservare possit, ita gentes bella susceperunt, ut tranquille & in pace vitam agere possint.

VII. Quod igitur sententia est in judicio, id victoria. *Libertas* in bello. Sunt vero duo summa capita, in quibus victoria *personarum* jus consistit: ultio injuriæ illatæ; ac in posterum securitas. *bello re-* Inde jus in personas & res devictorum victori competit. *Arifia.* *Arist. d. c. 6. vid. Groc. d. 17. l. 3. c. 4. & seqq.* In personas devictorum jus vitæ & necis victori concessum, & huic quasi surrogatum, & præterea ex occupatione fluens, jus redigendi in servitutem *l. 4. ff. d. stat. hom. §. 3. instit. d. jur. Person. l. 239. ff. d. verb. sign. Groc. d. l. c. 7.* Atque sic libertas naturalis personarum bello primum fuit restricta, & servitus introducta, quæ etiam ad filios venit, tum quod alias nati non fuissent, si victores jure stricto fuissent *usl. d. stat. hom. §. 4. de jur. pers.* tum quod ex iis, qui bello in nostrum Dominium redacti, sine nati.

VIII. Cum vero Domini suo jure abuterentur, va- *Tolerabili-* ritas injurias servis inferendo, existimantes, nullam *or reddunt.* esse contumeliam, quæ non illis impunè posset inferri, leges Romanæ illam restrictam conditionem reddiderunt tolerabiliorem & humaniorem *l. 1. l. 2. ff. de his qui alien. jur.* imò moribus hodiernis Christiani se invicem in servitutem non adigunt, quia sunt quasi membra unius capitis, nempe Christi, & instar fratrum & sororum cõfederatorum se habent *c. 24. c. 11. q. 3. add. Alboric. Gentil. lib. 1. c. 9. d. jur. B. Molina l. 1. disp. 117. n. 4.* Quæ cum ita sint, patet, quod capti hodiè vendi & donari non pos-

possint, testamenti factionem & jus patriæ potestatis non amittant, quod tamen olim fiebat §. 1. d. *bus qui sui vel alieni. jur.* §. 3. d. *jur. per. l. 8. ff. qui test. fac. poss. l. 11. cod.* Et si verò hodiè Christiani captivos serviliter tractare, alterivè vendere vel donare non possint, detinere tamen eos cuiq; licet, usq; dum pretium redemptionis sive liberationis ab iis fuerit solutum, quod vulgò *Ranßion* vocatur, nec ante quis dimittere cogitur, nisi juratoria cautione promiserint se redituros l. 21. *ibiq; Dd. ff. d. neg. gest. l. 2. l. 5. Cod. d. postlim. revers.* *Reiterstall zu Epeper Anno 1570. auffgerichtet art. 95.* ubi tamen notandum, quod pretium liberationis debeat esse moderatum, ita ut à capto solvi possit citra notabilem bonorum jacturam. *Salicet. l. ab hostibus n. 8. Cod. d. postlim. revers. Stamm. de jur. person. l. 1. cap. 3. num. 15.* Aliud tamen jus obtinet in bello inter Christianos & non Christianos, videlicet Turcas, Saracenos & Tartaros gestos, hi enim quia teste experientia in durissimam nostrates adigunt servitutem, barbaricumq; & servile jugum collo inijciunt, uti videre est *X. X. An. 1526. 1527. 1557* §. und mag ibi in seinen Tyrannischen Gewalt und Densibarkeit zu zwingen / vicissim Christiani in eos exercent servitutem jura. *vid. Molin. T. 1. disp. 33. n. 2. Stamm. d. l. 4. c. 4.*

*Restriktion
personarū
libertas ju
re civili.*

IX. Modo quo jure gentium libertas naturalis fuit restricta ex fontibus diducto, restat ut delibemus modos juris Civilis, & de his quidem pauca: Fit jure civili restrictio libertatis (1.) venditione, quando major viginti annis ad pretium participandum venundari se passus est §. 4. *J. d. jur. person.* vel donari, vel in dotem dari l. 23. d. *lib. caus.* (2.) Sententia, ubi ob capitale delictum per sententiam damnati libertatem amittebant l. 29. *ff. d. Pen. §. 3. quib. mod. pas. potestas solv.* (3.) quando quis ad delictum non respon-

spondebat olim. *l. 4. §. 10. d. de milib. (4.)* ob ingratitudinem in Patronum *§. 1. d. cap. min. l. 2. C. d. libert. (5.)* ob magnitudinem debitorum, ubi qui non erant solvendo addicebantur in servitutem creditoris *vid. Gel. lib. 29. c. 1. (6.)* quando mulier servili amore debacchata nupsit servo *l. un. C. d. mul. quæ se serv. junct.* Plura de horum jure qui desiderat, consulat passim interpretes juris, Politicos, & Historicos, non uberiore explicatione se persequemus, quippe cum omnes ferè in desuetudinem abierint. Exponemus nunc quemodo libertas rerum vel corporalium vel incorporalium fuerit restricta.

X. Concessit Majestas divina, secundum stabilitam *Libertas* omnibus creaturis legem, ut quæ sunt ordinis inferioris *rerum re-*pareant usui vel famulatu earum, quæ sunt ordinis superioris *fructa.* statim à mundi primordio, & iterum mundo post diluvium reparato, humano generi Dominium commune in omnia animalia, volucres, pisces, & quadrupedes, ut usui esse possint homini, alia ad cibos, alia ad vestimenta, & in ipsam terram varios fructus atque frumenta, pro generantem, atq; in res omnes inferiores: & absq; ulla speciali designatione proprietatis, erant omnia rerum usurpantis teste Avieno, cuncti habebant unum patrimonium, & omnia indivisa atque communis, dicente Justina, ac *(ut canit Poëta)*

*Propria selluris herum natura nec illum
nec me nec quemquam statuit,*

Cum autem quædam resita secundum naturam suam essent comparate, ut iis mortales primi non potuerint uti, nisi accedente abusu, ut sunt res fungibiles, ad victum & amictum necessarias, quæ adhibite ad usum non possunt non utentis fieri propriæ: quædam verò res ad usum

tantum possent occupari, ita ut usus cessante in communio-
nem redirent, & a quolibet alio cum ipsa manerent com-
munes possent sine vitio apprehendi: & tamen speciali-
ad jus in res creatas exercendum opus esset apprehensione
& occupatione, rerumque communio maximis incom-
modis, contentionibus, atque dissidiis esset involuta, ob de-
fectum amoris & justitiæ, litibus ex summa inæqualitate,
tum operarum, tum usus profluentibus, altero se plus la-
borasse & minus accipere querente, & altero alterum mi-
nus fecisse & pluribus frui dicente: Ideo propter hanc dif-
ficillimam usum applicationem earum imprimis rerum, quæ
usum tantum præbent uni, cum plurium circa ejusdem rei
usum concursus plurima pariat incòmoda; atq; ob negli-
gentiã cum nemo facile curam adhibeat illi rei, quæ còmuniter
possideretur *l. 2. C. quand. & quib. quart.* gentes in societate
degentes ex principiis, quæ Numen mediante recta ratione
dictabat ob summam necessitatem & utilitatem collegere,
rerum communionem non esse commodam, sed dominiorum
distinctionem introducendam: Et divisæ quidem primo vi-
dentur res mobiles, *vid. Exc. Nob. Dn. Presid. Exerc. feud. i.
tb. 1. & Gros. tr. d. mar. lib.* exiguo enim hominum numero
res immobiles ad usum sufficiebant: deinde immobiles,
quæ aucto genere humano, ob exquisitius electum genus
vivendi, indivisæ manere non poterant, quia licet harum,
usus non simpliciter in abusu consistat, illarum tamen usus
abusus cujusdam causa est comparatus. Atque tunc quo-
que agris termini sunt positi, quos

- - *longo signavit limite messor;*
cum ante (*ut canit Tibullus Eclog. l. 1. 3.*) esset.

- - *nec fixus in agris*
qui regeret certis finibus arva lapis.

Rea

Recessere autem à communione Gentes communi consensu, & ratione naturali dictante, non speciali aliquo pacto, & consensu nudo, uti quidam statuunt, dicentes, *rerum divisionem consensu populorum vel expresso, vel tacito, non ex instinctu natura esse: vel res in proprietatem trisse pacto quodam aut expresso, ut per divisionem, aut tacito, ut per occupationem.* Et si enim gentes per occupationem animum res sibi habendi expresserint, pactum tamen inde induci nequit, fecere enim gentes res suas vi occupationis, & jure in res omnes à supremo Numine concessio, ac licet Gentium jus ad quod rerum divisio refertur, cõstet quodã placito Gentium, proficiscitur tamẽ illud à ratione naturali omnibus inditã, quæ respicit cõmunem utilitatem, & necessitatem, omnium, quorum animus est societatem civilem colendi. *Vid. uberiùs Nob. Excell. Dn. Pras. Exerc. feud. 1. th. 1. Vazquez. in Thomam l. 2. disp. 157. c. 3. n. 21. Andr. Res. det. prelect. in Decalog. Exod. 20. v. 15. Dicassil. d. just. & jur. lib. 2. tr. 1. disp. 1. dub. 8. & seqq.*

XI. Vidimus hæcenus quomodo secundum dictamen rectæ rationis ob certas causas libertas naturalis fuerit restricta, & dominiorum distinctio introducta: Quædam verò res in libertate naturali, quodammodo sunt relictæ, vel quod divisionem non admitterent, vel quod ita natura comparatæ, ut uno usurpante etiam alteri sufficientem potuerint præbere usum.

XII. Inter res ita in libertate relictas principem locum, *Libertas* obtinet ær, qui communis est omnibus *l. 2. d. R. D. §. 1. d. naturalis acq. rer. dom. l. 13. §. 7. d. injur. & maxime necessarius, cum aërte.* absque hujus continua attractione nec homines nec bruta vivere possint *vid. Bornit. d. rer. suff. tr. 1. c. 3. Quarinn. lib. 4. c. 20.* Unde qui hujus usum impedit, locum aliquem.

corrumpendo tenetur Interdictio Ne quid in loco publico,
l. 2. §. 29. ff. ne quid in loc. publ. l. 1. §. 2. d. cloac. l. p. ibiq. Gl.
Quod vi & clam. add. l. 1. §. 1. d. extraord. crim. Veget. lib. 2.
c. 22. lib. 2. c. 8. Sic etsi secundum naturalem libertatem
 quilibet prohibitu in suo ædificare possit, ad cælum usque,
l. 24. d. S. V. P. l. 8. l. 9. C. d. Serr. & ag. id tamen non licet,
 si lumen quod natura omnibus voluit esse commune
 planè præcludatur, sed tantum est relinquendum, quantum
 ad habitandum sufficit *arg. l. 10. in fin. d. Serv. urb. Præd.*
l. 30. de usufr. Vid. Not. & Ampl. Dn. Præses, Exerc. d. adific.
priv. tb. 35. Madius ad jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 7. Huc et-
 iam referri potest, quod vicinus non possit ædificare juxta
 aream vicini ad tritrandum frumentum extructã, ne vè-
 tus proximo impediatur, ad paleas è frugibus sæcernendas
 necessarius *l. f. §. f. C. d. serv. nisi speciale pactũ intervenerit,*
 aut ventus alio loco ad aream pervenire potuerit. *Vid. Ex-*
pol. d. serv. Russ. Præd. c. 43. in fin. Coebm. 1. resposn. 93. v. 87.

Secundum Statuunt nonnulli aëris libertatem esse restrictam, & qui-
quosdam dem Gryphiand. *tr. de insul. c. 11. n. 27.* qui argumentatur à
restricta speciali ad molendinum *non valuerit* ædificandum impetra-
 tione à Principe, ad restrictionem libertatis, quasi quis aë-
 rem à Principe redimere necesse haberet: & quoque dici
 solet, quod Principibus competat potestas *Wasser und*
Wind zu vertauben: M. Pistor. 1. c. 19. n. 13. Verum illa specia-
 lis concessio & impretatio non fit ideo, quasi aerem sibi
 Princeps proprium fecerit, sed ne pluribus extructis pro-
 hibitu molendinis, & ipsis molendina extruentibus & uti-
 litati publicæ noceatur. Non rectè quoq; Dominiũ aeris
 asserit Mascardus *d. Prob. concl. 403. n. 3.* ex hac ratione, quia
 suspensi pendent in aëre, cū nō in aere, sed territorio prin-
 ceps exerceat jurisdictionē. Deniq; legitur quidem apud

Cedre-

Cedrenum scriptorem Græcum, quod Michaël Paphlagon Imperat. Orient. hanc libertatem restrinxerit, & pro usu aëris vectigalia posuerit, quo etiam refert Cujac. *lib. 10. c. 7. obs.* verba Harmenopuli *ἐπι ζημιῶν (ζητημάτων) ἀερινῶν lib. 10. tit. 4.* Verum bene dicit Clapmar. *d. Arcan. Rerum publ. lib. 5. c. 14.* eam Paphlagonis impositionem fuisse cum turpitudine conjunctam: & verba Harmenop. aliter accipit Procopius in *αισιδότης*, quod scil. vocabulum *ἀερινῶν* ibi denotet tributi genus novum, ultra solitum canonem exactū, quasi illud ex aëre descenderit: alii hæc verba aliter explicant: ita enim Dionys. Gothofr. *Nomenclat. ad Harmen.* dicit: *Ceterum ἀερινῶν οὐκ ἔστιν ἀερινῶν, ἀλλ' ἄλλου γένους ἀερινῶν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀερινῶν, ἀλλ' ἄλλου γένους ἀερινῶν.* id est esse indicant, illa tamen restrictio aëris admitti potest, qua spacium fundo sive ædibus sursum contermino dominio & possessioni quodammodo est subjectum: Illud enim spacium aëri perpetuo fluitanti veluti alveus est, ac propterea Civiliter Dominus planè est qui fundum aut ædes possidet *l. 21. ff. §. 2. quod v. aut clam. Add. Seld. d. mar. & claus. lib. 1. c. 21. p. 168.*

XIII. Deinde in libertate relictum est mare *l. 2. l. 4. d. R. D. §. 1. d. 2. Dam. l. 3. ne quid in loc. publ.* Ita etiam Phœnicides apud Athenæum *τὸ ἄρθρον τῆς θαλάσσης ἐστὶν κοινόν.* Est autem mare secundum Bart. *tr. d. Inf. l. 13. d. orig. §. 1. 4.* collectio multarum aquarum salutarum: Et in tantum libertati est relictum, ut jure Rom. ei servitus imponi non potuerit *l. vendit. or. 13. pr. ff. cois. Pr. ed.* & prohibens in mare recia immittere & educere etiam ante ædes proprias conveniri potuerit actione injuriarum *l. 13. §. si quis d. injur. l. 2. §. si quis. ne quid in loc. publ.* Hanc vero vacuitatem quam

Mare Lib. servit.

Restrictio.

jus Naturæ non præcepit, sed libero hominum arbitrio cõ-
 misit, ob rationes quasdam civiles Rebuspublicis proficuas
 Gentes postea deseruere, & mare perinde ut flumina terras
 interfluentia imperii & territorii jure Principes atque su-
 periores arrogavere; quod de mari interiori aliena territo-
 ria interfluente & ab Oceano tâquam pars homogenea di-
 stante minus habet dubii: Ita Serenissima Respublica Ve-
 neta mare Adriaticum quod vocari solet *Golfo di Venezia*,
 & secundum quosdam ab urbe ipsa ad Otrantum & Velo-
 nam, secundum alios ad Clodiam usque fossam quæ nunc
Cbioggia appellatur se extendit ut sentit *Buch. d. jur. aqu.*
sb. 5. adquisivit, ut quibuscunque navigationem justis de-
 causis interdicerere possint, & injussu eâ aliis uti frui Golfo
 minimè liceat, pro ut aliquot exemplis declarat *Selden. d.*
mar. claus. lib. 1. c. 16. conf. Pac. lib. 1. De Dom. mar. Adriat.
 atque in hujus domini signum quotannis ipso festo ascen-
 sionis Domini ritu solenni Dux navi Bucentauro vectus
 purpura & auro ornato, comitante Senatu Amplissimo,
 annulum è puppi in subjectû pelagus projicit, his verbis:
Deffonsamus te mare in signum veri & perpetui Domini & Im-
perii. Sic quoq; jus piscandi videmus restrictû apud Belgas,
 ubi quotannis capturâ Balænarum den *Walfischfang* elo-
 cant, ubi esse *Buch. d. jur. aqu. sb. 78.* stupendæ magnitudinis
 capiuntur, ex quibus aliquot mille tonnarum ungenti cõ-
 fici possunt: Similiter retium jactos vendi solent, ubi hale-
 ria relicta latebris loca æstiva tẽpore verno quærentia, reti-
 bus circumdata & in unû coarctata, tantâ capiuntur multi-
 tudine, ut piscatores non locus ac in terra desuper ambula-
 re possint, & in nubibus per plura milliaria scintillatio &
 splendor appareat. *Gesner. hist. an. l. 4. Buchn. d. l.* Similiter
 ita restrictam videmus hanc libertatem apud Gentes alias
 Da-

interioris.

Circana-
vigationes

Circa Pi-
scationes.

Danos, Succes, Polonos, Turcas, Gallos, ita enim *Charondas Curenais in not. ad Cod. Hen. III. lib. 20. l. 7. conf. 28.* allegatus à Seld. *d. mar. claus. lib. 1. c. 8. de Rege Gallorum* dicit; *Rex est Dominus supremus marium, quæ circa regnum ejus dif-*
funduntur, quod ex eo evenit, quia in ejus potestatem transla-
sum est jus rerum, quæ jure naturali sive Gentium fuerunt commu-
nia. At! quid dicendum de mari exteriori, omnium fon- ^{Etiã li-}
 tium parente Oceano, ut appellatur, quem DEUS ^{bertas ma-}
 terris circumfudit? non dubitamus quin jure optime ^{ria exte-}
 possit adquiri, licet jure primævo in libertate fuerit relictum ^{rioru re-}
 §. 2. l. *da. div.* Et quo minus hanc foveamus sententiam, ^{strictioni}
 nos non deterret finium & terminorum in mari defectus, ^{nò adver-}
 ejusque magnitudo, & inexhausta abundantia, quod ^{satur.}
 nulla occupatio sit, nisi rei terminatæ, & liquida termi-
 naræ nequeant, atque ita nec occupari, nisi contineantur
 in re aliena, mare autem terra non contineatur sed majus
 sit ipsa terrâ. Etenim Respon. cum *Nob. & Excell. Dn. Præs.*
Execr. feud. 6. th. 7. & Seld. l. 1. c. 22. d. mar. claus. Quod
 sufficiant ad terminandum mare promontoria, insulæ &
 scopuli eminentes, à quibus sumi possunt linearum rigores,
 versuræ gammata, imò plurimum ad mare terminan-
 dum conducunt graduum cœlestium longitudo & latitudo,
 sicut etiam pyxidis nauticæ usus insignis: ita in fœdere,
 contrahendo inter Austriacos & Belgicæ fœderatos anno
 1608. termini fuere positi fœderis finiendi tropicus cancri,
 & Æquator: Similiter tempore Alexandri VI. Papæ Divi-
 sio inter Lusitanos sive Portugaleses & Castellanos insu-
 larum Indiæ noviter repertarum facta fuit per lineas gra-
 duum cœlestium, ut quicquid reperiebatur à parte Orientali
 esset Portugalesium, & quicquid à Parte occidentali
 esset Castellanorum *conf. Hieron. d. Monte sup. reg. c. 7. n. 2.*
 Ita

Ita quoq; in fœdere Attico cum Rege Perfarum inïto ter-
 mini constituti sunt in sulæ Cyanæ & Chelidoniz. Neque
 etiam inexhausta abundantia & quod maris usus omnibus
 sufficiat nos in contrariam rapiet sententiam. Nō enim in-
 de concludi potest, quod mare nō possit occupari, sed tan-
 tum quod occupatio non fuerit necessaria. Moralis itaque
 si subest necessitas, nihil impedit, quo minus à gente quæ
 accolit possit occupari: deinde in dubio relinquitur, an fru-
 ctus maris omnibus sufficiant, æque enim ac metalli fodi-
 narum, lapidinarum & hortorum etiam maris fructum,
 minui posse dicit *Seld. d. 17. d. 1.* Neque nos moveat quod
 ita impedirentur negotia & commercia hominum, sicut &
 peregrinandi ad exteros facultas, quod ita nulla gens pos-
 set alterius inopiam supplere, atq; ita tolleretur omnis mu-
 tua benefaciendi occasio. Respondemus enim, quod cō-
 mercia libera, & transitus peregrinantium regulariter qui-
 dem sit concedendus, sed si publicum commodum re-
 quirat, tam commercia, quàm transitus prohiberi pot-
 est; *quò pertinet illud Aristotel. lib. 7. Polit. cap. 6. cadem-
 idum esse quibuscum communicare cives oporteat. Et cum
 quibus non oporteat vid. Bod. lib. 1. c. 6. 7. d. Republ. reliquis
 argumentis in ipso conflictu satisfacturi sumus data occa-
 sione.*

*Libertas
 naturalis
 historie.*

XIV. Eiusdē conditionis cū mari est littus; hoc enim
 cum mari relictum est in libertate naturali §. 1. *I. d. R. D. l.*
51 d. contrab. Empt. l. 13. in fin. d. injur. l. 24. pr. d. dam. in fec.
 est enim quasi accessorium maris quod sequitur naturam
 Principalis §. 2. *d. R. I. in 6.* vocatur Germ. *der Strand*
 & definitur, quatenus hybernus fluctus maxime excurrit
 vel exstat *l. 96. l. 122. d. P. S.* Recipit autem mare æstum
 pro loci qualitate varium *secundum Buch. d. jur. aquar. tb. 18.*
 qui

qui testatur in quibusdam locis senis horis intumescere,
 senis decumescere, & littoribus Selandiæ & Flandriæ tam
 vehementem esse æstum, ut ad 18. pedes assurgat, Britanniæ
 in Angliæ 60. in Britannia propè San. Michaelem 90. pe-
 des excresecat. Nemo ergo ad litus maris accedere prohi-
 betur, modò quis à Villis & monumentis absteat *l. 4. ff. d. R. D.* & ejus est ædificium qui in litore ædificat,
l. 6. d. R. D. l. 14. d. 4. rer. domin. l. 1. §. 18. d. nov. oper. nunc.
 aut ejus qui pilas in mare jacet iisque inædificat *l. 30. §. 4. d. 4. rer. domin. l. 2. §. 2. l. 3. ne quid in loc. public.* modò
 per ædificia usus publicus non impediatur *l. 3. d. 2. & al-
 teri qui prius ædificavit damnum inferatur. l. 2. §. 2. d. 2. l. 4. d. R. D.* unde Prætoris Decretum, maximè si non perspi-
 cum sit, an obfutura sit ædificatio publica nec ne, adhi-
 bendū est *l. 50. d. adq. rer. Dom. Hering. de molend. q. 117. n. 20.*
 Similiter lapilli & aliæ res in litore inventæ cedunt occu-
 panti, *§. 18. l. 4. d. 4. rer. d. l. 3. d. 2. l. 1. d. acquir. vel amitt. poss.*
 nisi calu fortè fuerint amissæ, aut oborta tempestate navis
 levandæ causa in mare projectæ, *§. f. l. d. R. D. l. 9. §. f. d. d. r. D.* & has qui accipit animo sibi habendi fur est, *l. 1. 3. 2. d. incend. ruin. Et naufr. vid. Dicastil. lib. 20. tr. 2. diff. 2. dub. 15.* Atque hæc quidem obtinere de jure civili. *Ob causas*
 mano. Hodie superiores libertatem hanc restrinxerunt, *certas re-*
 ipsamque litus, & res in eo inventas, ob augendum fiscum *fricta.*
 sibi adscripserunt: & quin rectè fieri potuerit, nulli dubita-
 mus; cum enim fiscus sit fulcimentum Rerum publicarum
 & regnorum, *rest. Cir. pro Man.* quo corpus Civile & mem-
 bra arctissimo vinculo connectuntur, & eo absente facile
 totum corpus corruat, cum que sit præcipuum sustentacu-
 lum dignitatis *arg. l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* ejusque auxilio for-
 tissima & munificissima castra subjunguntur, hanc utilitatem
 in:

intuentes Principes, ut publicis necessitatibus subvenire,
 eruculentas hostiū incurSIONES avertere, & universam Rē
 publicam in statu tranquillo conservare possent, rerum in
 littore inventarum libertatem restrinxerunt, sibiq̄ue lapil-
 los, & gemmas inventas appropriarunt: ita Senatus Aqi-
 taniensis massam Ambræ, quæ aliquot mille coronatis æsti-
 mabatur, adjudicarunt Domino territorii, & in Tartaria
 lapides & gemmæ cedunt Superiori, similiter in insula O-
 psidae ad pulsi ad littus Topazii acquiruntur Regibus Ægy-
 ptiorum, & in Borussia electrum, succinum vulgo **Wart-
 stein**/blessum, in littore inventum, spectant ad Serenissimū
 Electorem Brandenburgensem, ut Ducem Borussia. Non
 tamen ita ad Superiores veniunt naufragorum bona, cum
 nemo ex re tam luctuosa compendium quærere debeat *l. 7.
 d. incend. ruin. & naufr. & calamitas calamitati non sit ad-
 denda l. 14. d. offic. Praef. & de jure Canon. qui capit talia
 bona non solum est excommunicatus per cap. excommuni-
 cationi 3. d. Rapt. sed etiam per Bullam cæne Domini. Vid. Di-
 castil. lib. 2. tr. 2. diff. 9. dub. 15. & Lutherum lib. 2. c. 11. Buch-
 d. jur. aquat. tb. 212.* Similiter hodie anchoras alienis lic-
 toribus sine Principis concessione non licet injicere *Bodin.
 lib. 1. d. Rep. c. 10. Klock, consil. 5. num. 25: cum etiam jus An-
 choragii sit de Regalibus secundum Roman. consil. 271. pr. &
 n. 2. Martin. Frecciam d. feud. lib. 1. d. offic. Admirati maris
 v. 22. fol. 38:*

**De
 liberat.**

XV. Maris natura ita considerata transeo ad flumi-
 na, quorum proprietas quidem est restricta ad certum po-
 pulum, vel certam Rempublicam, usus autem relictus est
 liber omnibus hominibus §. 2. *vers. omnibus commune. l. d.
 R. D. l. 5. ff. d. s. junct. l. 2. pr. eod.* præcipue illi populo cu-
 jus territorium interfluit *s. s. ne quid in loc. publ. ita cūvis
 lici-*

licitum est in flumine publico piscari, & navigationem in-
 situere l. 1. l. 4. ff. d. R. D. §. flumina. 2. §. riparum. 4.
 l. d. acq. rer. Dom. l. 1. ff. d. flum. ad eò ut contra prohiben-
 tem detur actio injuriarū l. injuriarum 13 §. si quis. ff. de in-
 jur. l. 2. §. si quis. ff. ne quid in loc. publ. t. c. ut in flum. publ.
 navig. lic. & nemo prohibetur aquam ex flumine publico
 ducere l. 2. d. flum. & aurum repertum, sicut etiam margari-
 tas colligere §. 2. l. d. R. D. Hodie tamen ob supra datas *Restri-*
 ctiones ad eò restrictam videmus libertatem, ut præter u-
 sum aquæ, eumq; non indifferentem libertati pristinae ni-
 hil ferè sit relictum; relatus enim est horum usus ad Rega-
 lia c. un. ibi piscationū redditus. *Quæ sint Regal. Rosentk. d. feud.*
c. 5. conclus. 24 n. 3. Bursat. consil. 235. n. 30. & seqq. Klock.
consil. 29. n. 107. Gryph. tr. d. Inf. c. 11. n. 47. & nulli subdi-
 torum piscari licet, nisi (1.) Speciali concessione Principis *Circa pi-*
 obtinuerit, atq; horum libertas quam quidam ita obtinue-*scationes.*
 runt, iterum varie est restricta, & quidem vel ad certum
 tempus, ubi Principes piscationes quibusdam quando pi-
 sces sobolescunt wann sie leichen / quibusdam tempore no-
 cturno bey dem Licht zu fischen / und zu trebsen / interdicitur;
 vel ad certum locum, ubi pro certa pensione certum lo-
 cum relinquunt Principes liberum; Vel ad modum ipsam
 piscandi, ubi Principes restringunt piscationes ad instru-
 menta certa, ita quidam jus piscandi habent tantum hamo
 mit den Angel / quidam certis tantum retibus, mit Wurff-
 garn / Reisen legen / &c. omnibus autem interdicitur, ne pi-
 sces variis artibus, globulis mit Fisch-Nas extrahant (2.) nisi
 quis præscriptione temporis immemorialis adquisiverit,
 habet enim hæc præscriptio vim privilegii l. hoc jure 3. §. 4.
 d. aq. quot. & est. hinc si quis in flumine pluribus annis fu-
 erit piscatus, & alios prohibuerit, qui acquirerunt prohi-

bitioni, à die prohibitionis in possessione constituitur
Menoch. consil. 90. n. 65. (3.) nisi consuetudine ad priva-
 tum fuerit delatum, paris enim est potentiae consuetudo
 cum Privilegio *d. l. 3. §. 4.* Sed de his acquirendi modis
 infra fufius sumus acturi. Proinde qui piscatus fuerit &
 non per aliquem horum modorum acquisitum jus ha-
 buerit, ut fur punitur, *O. Crim. Carol. V. c. 109. ibi* So bald
 einer aus fließenden Wasser, so einen andern zuschuet, Fische
 fing/der ist an seinen Leib oder Gut / nach Gelegenheit und
 Gestalt des Fisches zu straffen. *vid. Schneidvv. ad §. flumina.*
I. d. R. D. Capoll. c. 42. d. Serv. Rust. Præd. Petr. Mindan. lib.
2. c. 37. Job. Oeting. tr. d. fin. c. 12. Klock. cons. 29. n. 199. 201.

Circa na-
 vigationes

776. *item consil. 33. n. 25. 10. Sixtin. d. Regal. lib. 2. c. 18.* Simi-
 liter licet etiam usus fluminum in navigatione consistens,
 unicuique liber fuerit relictus, & interdicta possessoria, &
 alia remedia edita fuerint, postquam tamen navigationes
 ad Regalia sunt relatæ, Principes, vel planè iustas ob causas
 prohibere possunt navigationes, vel tantum restringere,
 & limitare eas, ita ut non omnino libere in fluminibus per
 territoria decurrentibus possint exereeri *vid. Raackbar. lib.*
1. q. 2. Klock. consil. 5. per tot. Grypb. tr. d. insul. c. 11. num. 29.
 Causas autem ob quas omnino prohiberi potest navigatio
 recenset *Afflictis c. 1. verb. via publica. Quæ sunt reg. duas* (1.)
 Si intersit ne secreta Principis exteris innotescant (2.) si
 Princeps suspicetur sibi damnum inferri: atque has causas
 etiam admittit *Surd. consil. 321. n. 42.* Restrictio naviga-
 tionis fit per vectigalia, ubi pro rebus invehendis, vel eve-
 hendis certa pecunia est solvenda, & quilibet etiam non
 admonitus merces quas secum vehit profiteri, & inde debi-
 tum vectigal solvere obligatur, *Gutirez. tr. d. Gabell. q. 3.*
n. 6, in tantum ut qui solvere decrestat tanquam violator
 salu-

salutis publicæ, cujus nervus est ex vectigalibus, graviter
 peccet, etiã in conscientia *ad Rom. 13. cap. 7.* secundum *Guti-*
rez. d. 1. Covar. cap. peccatum p. 2. §. 5 n. 2. & res non pro-
 fessæ statim fisco adquirantur, & in commissum *German.*
Contraband/Schönborn. 4. Pol. 27. cadant, *seyu verwirckt uss*
verfahren / l. 12. l. 14. d. Publ. licet postea paratus quis fue-
 rit vectigal solvere *l. 16. §. 3. 12. d. t.* nec excusetur, quod alia
 vel gramina, illa caduntur in sylvis, quarum libertas na-
 turalis variè à variis gentibus est restricta. Cum enim in-
 ter sit Rebus publicis, ut materia conservetur usibus publi-
 cis necessaria, cujusmodi est lignorum, ad ædificia & navi-
 gia extruenda, arborumque sublimium excisarum defe-
 ctus ædificationi oblit, maximam sylvarum curam haben-
 tes Reges, & florentissimæ Respublicæ, libertatem earum *Rescripta.*
 restringebant, certosq; custodes iis præponebant, uti vide-
 re est in Artaxerxe, 2. *Esdra 2.* à quo petiit Nehemias Hieru-
 salem ædificaturus, literas ad Asaph custodem saltus Re-
 gis, ut ligna daret: & in Romanis, qui consulibus curam
 collium & Sylvarum demandabant: nec non Veneris, sylvis
 præsidēs certos præficiētib; ne deficerent ligna ad na-
 ves conficiendas *Petr. Greg. Tholos. l. 3. c. 16. Oeting. c. 10. d.*
fin. Imo Principes quoque nostri quorum Imperii territo-
 riique jure factæ sunt sylvæ, magistratus atque inspectores
 Sylvis præficiunt: ac prohibentur & ii, qui vel à Principe
 concessum, vel consuetudine acquisitum jus lignandi ha-
 bent, sylvas devastare. *Frid. Mind. lib. 1. c. 2. de mand. Re-*
ctè itaque sentit Dicastil. l. 2. ar. 3. d. 9. dub. 13. Possè Rempubli-
cam vel Principem in quem Respublica suam auctoritatem trans-
tulit, justè prohibere, etiam suis civibus, saltè secundum cer-
tum modum, & mensuram, ne tali loco vel tali tempore ralem,
excindant stipitem, vel ne majorem lignarum molim auferant,
quia id potest esse maxime expediens bono publico. Sunt autem
 sylvæ aliz exduz, aliz non exduz, *l. p. de f. h. l. o. l. p. d. usif.*
 Sylvæ exduz dicuntur, quæ succisæ rursus ex stirpibus & ra-
 dicibus nascuntur, Germ. *Hau oder Spliterholz* non ex-
 duz, quæ casæ ex radicibus vel stirpibus non renascuntur,
 Germ. *Bau und Negholz* / quanquam Sylvam non ca-
 duam

quam arbores grandiores constituere dicatur in *l. 11. ff. de
 usufr.* consuetudinis tamen & loci ratio est habenda, cum
 etiam in grandioribus arboribus usufructus constitui
 possit, ad ligna comburenda, vendenda, sicut etiam ex ar-
 boribus tenellis incidua, cum Hegholtz cum arbores juven-
 culae aequae grandiores ob bonam spem sacrae esse debe-
 ant. Atq; hoc etiam confirmare videntur *Molin. diff. 58. Lo-
 pez. p. 1. c. 149.* quos allegat *Dicastil. d. l. n. 348.* ubi etiam
 dicit: *Prudentis arbitrio judicandum est, quando damnum sit
 notabile, quia quod in sylva modica & valde necessaria commu-
 nitati esset notabile damnum, in Sylva vastissima & abundan-
 tissima ex qua facile solet concedi facultas oppidanis, ad ligna
 cadenda, non tantum ad usus quotidianos, sed etiam ad domos
 fabricandas, non censetur notabile.*

XXXIX. Aded autem restricta hodie libertas est Syl-
 varum, ut ipse dominus, alio in iis jus venandi, vel glandis
 legendi habente, succisis arboribus, ad culturam eas redi-
 gere, ibique olivetum, vel vinetum plantare non possit.
Frid. Mind. d. l. 2. d. mand. l. 2. c. 41. n. 6. Et licet Vasal-
 lus cui sylva in feudum concessa, utile Dominium habeat,
 uti tamen ea debet civiliter, & arbores frugiferas incidere
 nequit, nisi feudum amittere velit *Rol. à Vall. consil. 18.* U-
 usufructuarius vero cadere quidem potest ramos, & peda-
 menta, si sylva fuerit caedua *l. 10. de usufr.* secundum tamen
 mores boni Patrisfamilias, licet habeat potestatem etiam
 per totam Sylvam lignandi ad focum & adificium, certos
 tamen fines & limites praescribere potest proprietarius, &
 inhibere, ne excedantur, sub poena amissionis usufructus
*Mind. d. tr. c. 39. n. 6. Ortinger, d. tr. c. 10. ibi: Die eine Ge-
 rechtigkeit zu Bau und Brennholz in einen Wald haben/
 vengeriff der Eigenthumbs. Herr berechtiget / gewisse Maß
 und*

und Ordnung vorzuschreiben, daß sie mehr Holz nicht haben dürfen, denn was der Wald erleiden/und daß er in seinem wesentlichen Thun unabgänglich bestehen mag. Vide plura de hoc jure apud *Mind. d. l. Fachin. lib. 1. conf. 54. Wesenk. consil. 69. Corbm. consil. 79. n. 254. add. Lesium lib. 2. c. 5. dub. 13. Molin. disp. 59. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 6. punct. 5. Lopez. part. 1. c. 149.*

XL. Secundum genus fructuum, quorum th. præced. *Pascua* mentionem fecimus sunt gramina, quibus utimur ad *libera,* pascenda pecora, dominio nostro subjecta, quæ vel nascuntur in pratis, & montibus, vel in Sylvis. Etsi quidem jure naturæ quodlibet pascuum, & quodlibet prædium esset liberum, postquam tamen distinctio Dominiorum est introducta, libertas quoque pascendi fuit restricta, *Restricta,* pascuis enim termini fuere positi. Cum vero Situs, usus, & commoditas rerum jam distinctarum desiderarent fundorum aut vicinarum ædium obsequium, servitutes sunt introductæ reales, ad quas suo modo referimus jus nostrum pascendi, quod est, quando pecora nostra mittimus in Sylvam, vel alium locum pastui destinatum alienum, pascendi causa *l. 30. §. f. d. P. S.* Sunt vero pascua duplicia, alia privata, quæ privato competunt jure, vel publica, quæ in Sylvis vel fundis communibus habet universitas, *l. 1. C. d. Pasc.* Qui jus pascendi non habet, in aliena pascua pecus immittere non potest, *d. tit.* quia in alterius fundum ingredi non licet, Domino invito, *l. 11. C. d. serv. l. 16. d. S. R. P.* pascuis tamen universitatis quilibet de universitate uti potest. *Petr. Greg. Tholoff. lib. 3. c. 15. nu. 15. Oettinger. d. fin. cap. 11.*

XLL. Qui autem jus habent pascendi, illis restrictum *Ad certum* est (1.) vel ad certum pecudum numerum, *numerum.* ratione habita

prädiorum, quæ quis in territorio possidet. Etsi enim *Berlich. conclus. 49. n. 14.* statuatur, quod quilibet tot pecudes ha-
 here, & in pascuis communibus pascere possit, quot ei vi-
 sum fuerit; Dicit tamē *Oetinger d. l.* hoc consuetudine non
 observari, sed cuilibet pro numero prädiorū, plura pecora
 pascere concessum esse, *Add. Meurer part. 1. p. 6. dicens: Es*
ist nicht zugestatten ein jeden Untertthan seines Gefallens/
und so viel ihm geliebt / Vieh über Sommer weiden und zu
halten / sondern so viel einer wintern kan. Vid. Dom. Tusch.
tom. 6. lit. P. conclus. 112. num. 1. ubi ex Cavaretta consil. 60.
n. 3. addit, pauca habentem prædia, qui plura tamen depa-
scere vult pecora, compelli posse per iudicium arbitrarium.
 Ad majores enim præstationes obligatur Domino superio-
 ri, qui plura habet prædia, secundum naturam itaque erit,
 ut commoda majora eum sequantur *l. 10. d. R. 7.* Unde si
 quis per tempus legitimum paverit oves centum, & nume-
 rus excreverit, & auctus fuerit, non ultra licebit, cum tan-
 tum præscribatur, quantum fuit possessum *l. 1. §. 18. ff. de*
aqua quot. & aliv. l. 1. C. d. Serv. add. Berlich. conclus. 49.
 (2) ad certum genus pecudum, non enim qui oves, etiam
 boves, & vaccas pascere potest, & qui adquisitū jus habent
 vaccas pascendi, non pascere possunt equos, fues, hæ-
 dos &c. atque hoc confirmat *Oetinger. d. l. n. 32. ibi: Wer die*
Weid allein mit den gehörneten Rinder, Vieh zu besuchen
hat / der ist nicht befugt, daß er auch mit Pferden / Schwein /
Geissen und Gansen drauff fahren mag / quod si vero quis
 simpliciter habuerit jus pascendi, *Hued / Weyd / Erteb und*
Erat / omnis generis animalia pascere potest, secundum
dd. Dd. arg. l. 23. d. S. V. P. l. 13. §. f. d. S. R. P. l. 7. comm.
Præd. (3.) Certum tempus, habent alii jus pascendi iuge
schlossenem Feldern / quando in pratisherbz virelscunt, fa-
 num.

G. 1000

Tempus
curium.

numque excrescit, alii *zu offnen Zeiten*: Iſti per totum annum pecora in loca inculta, & nemora immittere coguntur, modo non facta fuerit immiſſio in locum ſylve recenter conſitum, & in ſtirpes novellas, in die ſunge *Haut* ne ſylva arboribus planè viduetur, foſſis tamen, & ſcpi- mentis hæc loca plerumque ſunt monita, uſque dum ſylva fuerit confirmata. Qui jus habent paſcendi *zu offnen Zeiten* / certo tempore ſecundum cujuſque loci con- ſuetudinem paſcere poſſunt, verno tempore in pratis quibusdam in locis, uſq; ad diem Georgii, tempore autu- mnali, quando fœnum fuit deſectum, in agris, tempore meſſium, collectis jam frugibus *Doms. Tuſch. tom. 6. tit. P. conclus. 112. n. 5. 7.* extra tamen conſuetudinem hanc, de ju- re pecora in alienum agrum ad depaſcenda gramina ſpon- tè nata immittere non licere, docet Bertich. *d. l. n. 3.* quod confirmat Dicaftillo *l. 2. tract. 2. diff. 9. dub. 13. n. 338. poſſe quemlibet hominem privatam ex jure naturali impedire, & præſcribere, ne alii in ſuo agro, etiam poſt collectos fructus paſ- cant pecora, vel alia animalia, & hoc probat idè ſentiens Co- varruv. l. 1. queſt. Præſt. c. 37. quia herba qua ſpontè naſcitur in agro, etiam cultura deputato, eſt fructus naturalis ipſius agræ, ergo ad dominum pertinebit, qui poterit illam herbam vendere. Concedit tamen Molina *diff. 49. poſſe Principem vel Rempu- blicam ſtatuerè, ne privati domini agrorum impediant, quin alii ſua animalia in eis agris poſſint paſcere, quando nullum ei- ſiud damnum inferunt, poteſt enim id eſſe expediens bono com- muni vid. Dicaftil. d. l. n. 340. add. Köpp. decif. 12. nu. 11. M. Piſt. conf. 106. & conf. 7. 8. 9. Carpz. part. 2. conſt. 41. deſin. 2. Pruckm. c. 14. n. 25. & c. Covarr. d. c. 37. Capoll. d. S. R. P. 49.**

XLII. Pertinet huc etiam, quod à ſingulari conſeſſione, vel præſcriptione depèdeat jus pecuſiare, oves habendi, *die*

Schäfferey Gerechtigkeit/de quo jure vid. Meurer. tract. 2. von Jagt. und Forstrecht. pars. 1. pag. 9. Add. consil. Ar. en-
 sorat. tom. 1. consil. 8. 1. 4. Webner. voc. Schäfferey / Speidel,
 voc. Schäfferey. Similiter huc referri quoque potest, quod
 non liceat cuilibet pro lubitu columbas alere, Vid. Knich,
 d. jur. (superiorit. cap. 4. numer. 316. & seqq. cum damnum
 maximum inferant segetibus. Dicit tamen Dicastil. lib. 2.
 tract. 2. disp. 9. dub. 11. n. 318. licita esse columbaria, ubi lex &
 recepta consuetudo non repugnat, quia ex illis non sentitur da-
 mnum notabile, non enim minus vescuntur seminibus pravis
 qua sata suffocant, quam bonis (2.) quia tempore sementis non
 decedunt scilicet semina terra mandata, & tempore messis
 vescuntur potissimum, granis ex spicis decidentibus, ut ferunt
 harum rerū curiosi indagatores & periti, (3.) quia non sumunt
 grana ex uno tantū agro, sed vagantur per omnes & ex quolibet,
 add. Molin. disp. 48. Ludovic. Lopez. 1. part. cap. 140. Tabien.
 verb. Columba §. 2.

XLIII. Fructuum quos terra generat libertate natura-
 li consideratā, pergimus ad jura alia, quæ ad finem civita-
 tis, aut gentis sc. pertinent, & quidem ad opificia, & com-
 mercia. Agebant autem homines prius vitam planè sim-
 plicem, latebras inhabitantes, pecorum lacte, congestis
 herbis, & agrorum spontè natis fructibus vescabantur, cor-
 pus tegebant non vestimento, sed corticibus arborum, &
 pellibus ferarum, at postquam mundo adolescente ductu
 rationis viderent, quæ natura reliquit pleraque in se qui-
 dem esse absoluta, & perfecta, maximis tamen velamentis
 involutā, quæ per industriam humanam evolvenda, & in
 lucem edenda, quodque nullus esset frugum usus, sine qui-
 bus homo vivere nequit, nisi terantur, a fursuribus pur-
 gentur, atq; coquantur, lapidum & metallorum, nisi ela-
 boren-

borentur, uvarum, nisi exprimantur & defæcentur; quotidie artes novas excogitabant, & exquisitiore electo genere vitæ vivendi, herbas ad cibos, vellera ad vestes, ligna ad domos applicantes, glandes spernebant, arbuta repudiabant, pellibus & corticibus contegi desinebant, atque sic una ars alteram concomitari cepit, eum quædam artes ita sint comparatæ, ut una absque alterius auxilio exerceri vix possit, pro ut exemplo id patet agriculturæ, quam comitatur ars fabricarum ferrariensium, ad Vomerem, ligonem, & falcem præparandam, & lignariorum, ad aratrum & iugum conficiendum. *Græg. d. Republ. lib. 4. c. 9.*

XLIV. Quæ cum ita sint, patescit, ad *auægenias* civitatis multis opus esse artificiis, quæ nõ immerito ab *Arist. 7. Pol. 8.* partes vocantur civitatis, sine quibus Respublica consistere nequit. Exoptas enim Rempublicam florentem, & cives virtuosos adijunge artes, & opificia, & exulabit omne scitum, quod est mater omnium vitiõrum; vis nummosam & fac ut floreat in ea artes, & opificia, & habebis opulentiam, & locupletem; arcent enim opifices paupertatem, & tantæ divitiæ in sunt artibus, ut nec argenti, nec auri fordinæ in nova hispania, aut peru comparari iis queant, inquit *Latberus lib. 3. c. 19. de Censib.* ut proinde de iis recte abierit in proverbium, ein *Handwerk hat einen gülden Boden* opem illa ferunt civitati, ex lucro & quæstu inde redundante, & ob media varia lucri non modo optime sustentant, sed etiam exteros invitant ad merces emendas, per quod magnum Reipublicæ accedit incrementum. *Vid. Latb. d. l.* Et si quidem jure naturæ quilibet possit artem *Opificiãli* exercere quamcunq; caller, quoniam vero sapit plus *arbera* tibus sibi homines adscribunt, quam tenent, interest Reipublicæ, non omnibus promiscue artem se tenere jactantibus

*Rescripta,
& in colle-
giis red-
da.*

bus id concedere, nisi in ea fuerint probati, ne etiam unus alterius utatur officio, & ita confusio inducatur in Republicâ. Eiusdem artis personarum incerta collegia rediguntur, Germ. in gewisse Zunft/ Gildt oder Innungen, quibus cum à Principe etiam vigilantissimo omnia expediri, parique cura observari nequeant, & tamen plurimum conducatur Republicæ, ut singulorum desiderijs, & cæptis fratrum injiciatur, Seniores præponuntur, qui ea quæ ad usum ejus artis pertinent ritè constituent, & ordinant, ut infra pluribus patebit.

XLV. Definitor autem collegium quod sit. Trium plurimumvè personarum ejusdem conditionis, professionis, & ordinis, legitima consociatio *Besold. l. 1. c. 12. tb. 28. Bodin. 2. d. Rep. c. 7. à princ.* Et habent collegia communionem vel rerum, vel operarum, vel juris, *Schönborn. lib. 2. Pol. c. 11. n. 3.* rerum quidem communicatio fit in mutua à singulis facta contributione, & secundum leges acquisitione, si forte donatione collegio vel testamento quid fuerit relictum. *l. 26. ff. ad Sc. Treb.* in ædibus collegij, redditibus, pecunia, arca atque sigillo juxta. *l. 1. §. 1. quod cuiusq. univers. Decian. 6. vol. 2.* ubi notandum, bona à singulis collata vel ad utilitatem promovendam, vel ad dignitatem augendam, pro parte soluto collegio ad singulos redire, sicut enim usus singulorum, & proprietas universorum, quod etiam accidit in bonis aliunde acquisitis, si totum collegium dissolvitur, non si unus ab eo discesserit, *l. 2. d. colleg. vid. Albus, d. c. 4.*

XLVI. Operarum communicatio consistit in collegijs convocandis, suffragiis rogandis, colligendis, arca & privilegiis, custodiendis, & magis quidem in his conducunt operæ reciproce & ambulatoriæ, ita enim ab omni suspicione

ne & amputatione liberabitur officium, & evitabuntur da-
gna maxima, quæ ex unius morte emergere possunt, si
ceteri harum sunt ignari, *Besold c. 12. thes. 28. n. 3.*

XLVII. Cōmunicatio juris est, per quam ad leges, & jus
certū, cōmuni consensu receptū, & introductū, omnes qui
vivunt in illo collegio obligantur, & varium solet esse, ple-
rumque tamen tale est (1.) ut nullus conditionis improba-
tæ vel ab inhonestis parentibus natus recipiatur. Tales ta-
men non sunt molitorum, textorum & Chirurgorum,
balneatorum liberi *Politen, Ordnung de Anno 1577. tit. 30.*
S. 1. Vid. Exe. Nob. Dm. Praesid. Exerc. Pand. Ex. 5. tit. 9. (2) ne-
cesse est certo temporis spacio pro artis difficultate quis
sit informatus, *bis er seine Kunst recht ausgeleret/und sein
er Lehr-Jahr ansgestanden/* at quid dicendum, si juvenis
intra illud tempus aufugerit, & deinde reversus fuerit, an
tenebitur ad integrum tempus, an tantum ad tot dies quot
absuit? Et sufficiet, si tot dies ultra tempus substiterit
juvenis, quot absuerit *l. 14. S. 2. de statutib. l. 38. in fin. d. lib.
causa.* Ita enim videtur moram purgasse *Vid. Besold. d. l.*
n. 4. Wehner verb. Zünfften. (3.) hoc testimonio mit tinen
Schreibrieff/ probare, & peregrinatione confirmare debet.
(4.) nullus recipitur nisi à magistris expertis, vel quatuor,
vel tribus, iisque minus suspectis, in illa arte fuerit exami-
natus, suaque artis specimen vulgo *das Meisterstück/* edi-
derit, *vid. Matt. Steph. de pen. l. 2. p. 2. c. ult. n. 54.* & (5.) nisi
si magistri opus factum approbaverint, & dignum magistri
titulo judicaverint. Atque ita in collegium receptus aliam
artem, quam quodlibet opificium certo objecto datur inie-
tur, exercere nequit, nisi illam in cujus collegium est ad-
sumtus, neque enim conducit Republicæ, ut pluribus se-
quis implicet Opificiis, suo enim tantummodo artifice uni

potest artificio *arg. l. 21. C. d. testam.* Unde Senatus au-
licus Elector. Saxonie. prohibuit pannificibus confici-
cere pannos Atrebatenses & Vefatienses, quos inferioris
germanie populi excogitarunt, vulgo *Narras und Nidder-
ländische Wahren* in quibus linteis omne lucrum
fuisse, detractum, nisi id pannificibus prohibitum fuisset,
uti refert & pluribus exponit *Carpz. l. 1. s. 5. Resp. 47.*

XLVIII. Quanquam ad meliorem ordinem, & distin-
ctionem eorum, qui eadem tractant, collegia instituantur,
ne tamen hoc prætextu noxia irreparent conciliabula, speci-
ali superioris, qui jus habet dandi collegii, opus est conces-
sione *l. 1. 3. d. colleg.* hodie hæc potestas collegii concedendæ
est penes status imperii, in suis territoriis, sicut etiam po-
testas leges præscribendi. Requiritur itaque ad colle-
gium constituendum licentia foundationis, *Amptobriefe/ &
Privilegia* à magistratu data, *l. 8. C. d. hered. instit.* aliàs erit
illicitum, *l. 1. 3. ff. d. colleg.* dicit tamen *Deenan. tract. crim.
lib. 7. c. 20. n. 3.* quod aliquando concessio præsumatur, ex
diuturno tempore, si quidam quæ eandem exercent artem,
tanquam collegæ fuerint conventi, & arcam habuerint
communem. Illicitorum collegiorum olim pœna erat
eadem, atque eorum, qui loca publica, vel templa, armata
manu occuparunt. *l. 2. d. colleg. l. 7. §. 1. ad L. Jul. Maj.*
quæ deinde teste *Wesemb. Parat. ff. tit. de Colleg.* facta est ar-
bitraria.

XLIX. Habent singula collegia jurisdictionem, in
illis, quæ ad artem & professionem illam pertinent, quam
exercent seniores, electi, qui jurant, quod summa fidelita-
te velint collegio præesse, ipsiusque utilitatem promove-
re, & coram his collegiati sistere se tenentur, & sententiam
expectare, concessa autem est illa jurisdictio cumulativè,

non

non privativè, ita ut concurret jurisdictionis magistratus ordinarii, cui præjudiciū nullo modo fieri potest. *l. f. C. d. jurisd. ibiq. Salic. n. 3.* obligantur tamen hic tantum collegiati, qui si agere volunt contra alios, extra collegium, eorum forum sequi debent, si conveniuntur ex alio contractu, coram iudice ordinario sunt conveniendi. *Sichard. ad d. l. firm.* atque hoc etiam obtinet in causis criminalibus, nisi aliquando pœna imponatur exinde, quod contra statuta collegii quis deliquerit. Notandum hic, quod clancularies v. c. Sartores, & Sutores, die Störret oder Bohnhasen/ irrequisito iudice collegia ejicere non possunt, sed necesse sit, clancularium talem in domo latere resciscentes, id iudici significant, qui adjuncto apparitore concedit extrahendi potestatem. *Vid. Borch. Consil. 17. q. 2.*

L. Ad effectum jurisdictionis pertinet, quod possint statuta condere, in iis rebus, quæ collegium concernunt, & non sunt remota ab eorum professione. *l. f. C. de colleg. l. 2. C. de const. pec.* unde de tutelis, hereditatibus, & dotibus decernere nequeunt. *arg. l. f. C. d. jurisd. & nō opus est ut à superiore semper confirmentur, eo ipso enim collegiū potest facere statutum, quando est approbatum l. 2. §. f. C. de const. pec. l. f. C. de jurisd. omnium iudic. Krichen. de territ. original. n. 269. Berou. consil. 7. n. 10. consil. 158. nu. 1. & seq. vol. 3. Secus tamen hoc est de consuetudine vid. Schneidov, §. 3. J. d. J. N. G. C. Carpov. lib. 1. respons. tit. 5. respons. 49. Matth. Steph. l. 2. p. 2. c. 2. n. 28.*

LI. Alterum quod ad *autogenam* Civitatis pertinet, sunt *Comercia* de quorum jure nunc erit videndum. Cum *jura nam* Numen non omnia omnibus terræ partibus concesserit, & *ra libera.* nulla regio, ne dum civitas sit, quæ tantam *autogenam* habeat, ut sibi soli sufficere possit, Gentes quæ multis ad vi-

tam necessariis carebant, videntes unam regionem frugibus, alteram argento, auro, aliisque rebus abundare, alteram aliquibus vacare, tum peregrinationes terrestres, tum navigationes instituebant, & alterius inopiam mutuo commercio supplebant. Atque hoc jure Gentium cuilibet hominum libera erat negociandi potestas. *l. 5. d. 3. J. Vid. Grocius d. mar. lib. pag. 18. 84. C. 96.* quæ tamen ob meliorem ordinem, & majorem utilitatē, variis modis restricta. *Add. Selden. mar. clasf. l. 1. c. 40.* Atque conducit reipublicæ non omnibus promiscuè istam concedi. Sicut enim civitati non conducit plures adsumere cives, quam aff possunt; ita nec expedit plures admittere mercatores, quam quibus cum lucro unico mercaturæ fundamento mercari licet, dicit *Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. t. 6. art. 21. n. 12.* In certa itaque quibusdam in locis pro mercimoniis conditione dispescuntur collegia, prout plurimis Germaniæ civitatibus videre licet, imprimis Anseaticis, ubi nullus admittitur, nisi in matriculam fuerit receptus, *Rol. à Vall. conf. 99. n. 322. vid. Rebuff. ad conf. Reg. sv. d. Mercas. min. vend. Matth. Steph. l. 2. p. 2. c. 7.* Nostro in jure & libertas hæc est restricta in Personis (1.) militibus, qui solis utilitatibus publicis occupati esse debent *l. un. C. neg. ne milit. l. 9. d. remilit. (2.) Clericis, c. 9. dist. 88. c. 10. d. dist. can. 2. 3. causa 13. quest. 40* difficile est enim inter ementis & vendentis commercium non intervenire peccatum, *can. 2. d. Pen. dist. 5.* (3.) Nobilibus, *l. 3. C. de Commerc.* neque enim virtutis munia exercere possunt ii, qui nullo nō tempore inexplebili cupiditate auri æstuant, & langvescit virtus in quaestu faciendo occupata, est enim hæc vita secundum *Aristot. 7. Pol. 9. in finibus,* ignobilis. Monet tamen *Seraph. sv. d. Mercat. locorum consuetudinem* esse inspiciendam, in exemplum contrarium.

allic-

allegans Venetias, Florentiam: atque distingvendum esse dicit, inter mercaturam tenuem, sordidam & inter magnam & copiosam. (4.) Magnatum consiliariis *l. 10. C. d. offic. Relt. Pro. l. un. C. d. contratt. jud. l. 48. d. contrabend. Em. l. 33. ff. de reb. cred. II.* In Rebus vel simpliciter, vel secundum quid, simpliciter commercium prohibiturum in rebus sacris sanctis *l. 1. l. 6. §. 2. ff. d. R. D. §. 7. J. d. R. D.* secundum quid restricta est libertas in iis, quae hostes validiores reddunt, omnis generis armis, gladiis, telis, sagittis, arcibus, pulvere quo ad exoneranda tormenta utimur *l. 2. C. quae res export.* Equis militaribus *l. 12. §. 1. d. re milit.* In iis quae hostium inopiam sublevant, vino, oleo, frumento *l. 1. C. quae res export.* Deinde quoad exportationes ad externos loca non hostes restricta cernitur libertas (1.) in auro, & argento, sive factis seu infectis, Kaiser Ferdinandus in Reichsordnung anno 1559. §. nach dem art. X. X. zu Augspurg anno 1551. §. so haben wir uns. X. X. zu Speyer anno 1570. §. aber sonst. X. X. zu Regenspurg anno 1576. §. dem noch ordnen. (2.) Coriis. Reichsordnung zu Frankfurt anno 1577. (3.) Lana nimis X. X. zu Augspurg anno 1551. §. Und nach dem ibi bey Verlust derselber Wollen / und dann einer zwofachen gedoppelten Geldstraff, so viel dieselbe Wolle werth ist.

III. Praeterea obtinet hodie alia restrictio, quoad locum, quod sc. merces, navi advecta certo loco sint venisse exponenda: & cujusmodi jus vocatur jus stapularum, sic Scothiae, Genuae, & in Danubio est iure frumentum libera & Augusta Civitas Ratisbonae, item Ingoldadium, Passavium. Ad Rhenum tres civitates, Colonia, Mogontia, & Spira, in Albi Magdeburgum, & Hamburgum, in Visurgi Brema.

LIII. Exercitiū verò opificiorū & cōmerciōrū modō personarū sint habiles, & res non prohibitz, cuique est liberum, nec quidam sibi vendicare possunt. Adeoque hactenus adhuc libertati naturali est locus: sunt enim monopolia regulariter prohibita, *L. un. C. de monopol. Reces. Imp. R. A. in Colln. anno 1512. S. Und nach dem etwa. R. A. in Nidemberg anno 1524. S. item diemeil. R. A. in Augspurg anno 1530. S. Und nach dem etwa. Policey-Ordnung anno 1548. anno 1577.*

LIV. Unde opificum statuta illicita, sunt quando conveniunt inter se, ut quod unus inchoavit, alter nō perficiat, *L. un. C. de monopol. Perez. com. ad d. l. un. Ne quis instruat in arte alium nisi filium, & nepotem. Azo in sum. ad d. l. un. Ne quis carius operas suas locet aut minori pretio perficiat quam inter eos est conventum. Ne quis eorum operas civi in urbe habitanti praestet, itē quando laniones & certā tantum quantitatem ad macellum deferunt, ut tanto carius vendere possint. Uti etiam mercatorum, quando conveniunt, ut certo loco res vendatur, & non minoris quam inter illos convenerit *Alth. c. 32. Pol. ut pectines & piper totum coenatur, Sicbard. ad tit. C. de monopol. ne aromatarii pro exequiis defuncti aromata vendere possint, vel heredibus ceram, nisi prius solverint heredes quod aliis aromatariis defunctus debebat, quando penuriam praevidentes res cumulatione comparant. Huc etiam referri potest quando nobiles cogunt subditos ut in molendino certo molant, vel in furno panem coquant *Decian. tr. crim. l. 7. c. 21. 22. vid. Hering. d. molendin. q. 21.***

LV. Certis tamen ex causis & haec libertas restringitur, & monopolia si utilitas publica vel necessitas exigat publici-

publicâ autoritate infiruantur aut conceduntur. Sic Prin-
 cipes exercent monopolia ad comparandam pecuniam
 nervum Rerum publicarum (1.) si reditus ex bonis subdi-
 torum ad usus publicos non sunt sufficientes. — Laudabi-
 lius enim est, ut propriis subleventur laboribus, quam gra-
 vibus contributionibus opprimantur. Pertinet huc, quod
 scribit Aristoteles: *Est ad parandam pecuniam aptum, si quis
 sibi μονοπώλια si de μονοπώλιον reperire possit. Quare & civi-
 tates quadam, cum pecunia indigent, hæc viâ parandi utuntur.*
Rerum namq; venalium monopolium faciunt. 1. Pql. 11. Exem-
 pla affert comment. in d. l. Michael Piccartus: *Hodie, inquit,
 Veneti monopolium farinae exercent, Argentoratenses lignorum,
 alia urbes cupri, Stanni, plumbi, adipis, ferri, Frumentum monopolii
 Precopius lib. 2. de bell. Persæ tangit.* (2.) Si subditis obstat res
 angusta domi, & nō habent unde commercia exercent, &
 hoc modo dicit *Larberus de Cens.* officinas cupri & ferri sibi
 reservant Principes, in quas sumtus maximi impendi o-
 portet, præsertim iis in locis ubi abundantia horum me-
 tallorum, & penuria lignorum. Huc etiam refert *Bornis-
 e p. l. 2. de arbor.* quod Principes pannorum exoticorum tex-
 turam, & fericorum reservent.

LVI. Similiter Principes aliquando etiam privatis cōce-
 dere solent monopolia, si conducit Reipublicæ, quod de-
 clarat *Molina tr. 2. de just. & jar. disp. 345. n. 3.* inquit: *Da-
 mandū non est, si Rex in publica aliqua necessitate constitutus,
 pro certa aliqua pecunie summa concedat aliquibus mercatorib-
 us, vel opificibus, ut ipsi soli vendere possint aliquid in suo regno,
 constitudo eis moderata pretio, ne Reipublicam plus iusto gra-
 vent. Regens quippe tunc à peccato excusat publica necessitas,
 in qua est; Et mercatores privilegium iusta illa de cause à Re-
 ge ipsis concessum. Sicut enim Rex à subditis exigere poterat, ut*
 con-

contributionem ad publicam illi necessitati subveniendum: ita subji-
 cere potest illi gravamini, modo tamen moderatum sit, & cum
 minori ipsorum molestia & detrimento. *add. Bonacin. de con-
 tract. disp. 3. q. 2. punct. 5. Medin. C. de reftis. q. 30. Filliuc. tr.
 35. disp. 8. n. 213.*

Jus caupo-
mandi li-
berum. LVII. Pertinet ad commercia jus cauponandi, quod
 quidem jure naturali quo quilibet hospitio adventantem,
 excipere potest est liberum, sed varie pro conditione civi-
 tatum, vel ad aedes, vel ad personas certas, est restrictum, ita
 ut qui Privilegio, vel consuetudine illud adquisiverit, re-
 liquos omnes excludere possit, *arg. l. 13 pr. ff. com. Præd.
 l. 45. ff. de usurp. & usuc. Borkieb. decis. 31.* atque hi caupones
 qui suspensa habent signa hospitii *etiam ausogehangenen
 Schild/etiam in viti coguntur recipere hospites l. un. S. f.
 C. furti advers. naut. caup.* contrahere enim quasi videntur
 cum peregrinis, appposito signo, & promittere, se adven-
 tantes recepturos, & res eorum salvas servaturos, *Rebuff. ad
 Const. Reg. tr. d. hospis.* quod tamen limitatur, nisi multi-
 tudine hospitem aedes repletæ fuerint *Bart. ad d. l. un.* nisi
 quis fuerit infamata vitæ, *Rebuff. d. l. & hospes primus su,
 perveniente secundo expelli non potest d. l. cum melior sit
 conditio occupantis, etiam si Legatus principis vel Episco-
 pus venerit dicit, Rebuff. d. l.*

Braxandi
libertas. LVIII. Huc referri præterea potest jus Braxandi, sive
 coquendi cerevisiam, quod non cuivis est liberum, sed re-
 strictum, vel ad certum locum, vel ad personas certas. Et si
 quidem jure communi quilibet conducere & emere aedes
 possit, in iisque exercere quæ sunt artis & professionis,
Cosbms. consil. 93. n. 66. in fin. vol. 2. Zab. d. amic. consil. 104.

Restricta. num. 2. Solet tamen hoc jus certis aedibus imponi, ita
 ut

ut absque consensu magistratus & aliorum collegarum etiam vicinis consentientibus non liceat ad alias aedes transferre, est enim secundum observantiam jus reale, adeoque à domo separari & vendi nequit *arg. l. 20. S. f. l. 23. 36. d. S. R. P.* Nobilibus hoc jus, nisi pro necessitate & sustentatione familiae exercuerint, solet esse interdictum, quod ad civitates & cives inibi degentes hoc jus videatur pertinere *Besold. thesaur. pract. voc. Bier brauen / Trentl. consil. 117. Berlich. decis. 31. Carpz. p. 2. const. 8. def. 4. Raucbb. lib. 2. q. 12.* Sic etiam rusticis, incolis in villis & pagis coquere cerevisiam & vendere volentibus, sive intra sive ultra milliare habitaverint, plerisque in locis est prohibitum *vid. Schrad. vol. 2. consil. 44. Pfeil. consil. ult. Carpz. d. l. Attendenda verò & hic est cujusque loci consuetudo.*

LVIII. Restat tandem ut ad modos acquirendi & amittendi horum jurium deveniamus. Notandum vero quoad acquisitionem, quod regulariter libertas naturalis praesumatur *Gail. 2. obs. 69.* jus itaque peculiare qui sibi vult adscribere, necesse est probet, se id acquisivisse (1.) vel Privilegio *c. 26. verb. Præterea. extr. d. Verb. Signif.* (2.) consuetudine *d. c.* (3.) Prescriptione, quod alios prohibuerit, & illi prohibitioni acquieverint, cum per factam prohibitionem, cui alter acquievit, actui etiam liberi arbitrii jus inducatur, *Vid. Nob. Exc. Dn. Præs. Exerc. ad Pand. 35. sb. 4. Gebb. de usucap. c. 3. n. 28. & seq.* Quod si tamen quis in possessione juris cujusdam, quod contra naturalem est libertatem est constitutus, in possessione est tuendus usque dum adversarius in petitorio judicio aliud obtinuerit. Amittuntur hæc jura variis modis quos refert *Sixtin. lib. 2. Reg. c. 6.* præcipue verò non usu, modo occasio utendi se obtulerit *l. 1. de nund.* Plura quidem afferre & latinis hæc de-

Lucerenobiscum constituimus, sed quia pagellæ præter
opinionem excrevere, & alia supervenerunt impedimen-
ta, hic subsistimus.

DEO TRINUNI SIT LAUS HONOR
& GLORIA IN SEMPITERNUM.



Premia, quæ meruit Virtus tua, jure reportas;
Hinc precor ex animo, sint ea fausta tibi!

Christoph. Philip. Richter/D.
Com. P. C. Prof. P. & Fac. Jurid..
Senior.

Quam libertatem rebus natura reliquit;
Justa restrictum quid sit ratione resolvit
doctè: consequeris doctrinæ præmia digna.
Successus voveo faustos, Deus annue voto!

*Hæc autosthediasmate benevolant
atq; grante mentem*

*Cl. Dn. Doctormo amico suo
carissimo exhibet*

PRÆSES.

EUnomies sacra cultor pregnave, Salana
auditor cathedra, vigilans industria & acris
ingenii geniig, cui vis, est bea virtus,
luce sua radiant: est non indebita tantis
præmia & augustos studiis deprecis honores.

*Ecce! PERITORUM JURIS CLARISSIMUS ORDO
promittit lauram, que fulgida tempora cingat
nomen & æternis referat post fata tabella.*

Mactie

*Macte illis animi donis! macte in dubio tantis
 macte operâ & studio! certamina publica solers
 aggredere, & petasum, quem fors vult sumere, sume
 baud deses: postquam varias velut alter Ulysses
 urbes & mores hominum scrutatus es, ad nos
 plenus doctrinæ gazis da carbasæ recedò,
 & radiis animicati splendentibus arva
 patria collustras, caelestes ambrosiarum
 doctrinæ succos & adoriferam panacæam
 è locuplete penu ingenii deprime, celebrem
 egregiis famam factis extendere porro
 nitere. Sic cernes vultum facilemque serenumque
 COESARIS AUGUSTI, cui propter secula paciæ
 aurea, qua nobis fecit, Germania supplex
 ut SERVATORI æternos largitur honores,
 jurandasque ejus per nomen construit aras.*

*Sic complectetur merito te sponte favore
 patria, quæ reliquas inter caput exseris urbes,
 quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

*Sic etiam tandem largo sudore parata
 in patulum erumpet pennis quatientibus orbem
 gloria virtutis nomen super astra resonans!*

Clarissimum HEBERLINUM, Ratisponen-
 sium PROCERUM illustrium magnifico
 favore dignum, Gradum in Jure supre-
 mum ambientem, hoc benevolo voto
 prosequitur.

Gvernerus Rolfinck, Ph. & Med. D.
 Pract. & Chim. P. P. Facult. Senior.

Pro-

Qued nec tam Tyrio capis ex bombyce Tiaram
Sic promptum meruit largiter ingenium.
Promusero voti versû licet impate, multos
dum video multi-vota-plicare sua,
Antiquum modò, *chare mihi, feliciter* addo
ut sydus fulgas in celebri patriâ.

Clarissimo
Dn. Doctissimo
gnt.

**Johann-Volk. Bedman/
J. U. D.**

F I N I S.



Quod nec tam Tyrio capis ex bombyce Tiaram
Sic promptum meruit largiter ingenium.
Promusero voti versû licet impare, multos
dum video multi-vota- plicare sua,
Antiquum modò, *chare mihi, feliciter addo*
ut sydus fulgas in celebri patriâ.

Clarissimo

Dn. De Esmundo

gms.

Johann-Volk. Bedman/

J. U. D.

F I N I S.

